



**Robert Tvrneri Viri Doctissimi Professoris In Academia
Ingolstadiensi Orationvm. Volvmen ...**

Turner, Robert

Coloniae Agrippinae, 1625

5. Preces ad S. Ambrosium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69519](#)

artis, satis esset iustissimæ concioni. Satis mihi inten-
disse digitum in fontes: vos inde haurietis vberius. Id
quoque obseruandum est, vt non sequamini semper
ordinem locorum, quem supra posui: mutandus vero
ordo ita, vt optima in primum locum recipias, aut in
vltimum reijcias, media vero, quæ faciunt potius nu-
merum, quam vim, coniicias in corpus medium, &
tanquam in cumulum aggeras: uno verbo, ille ordo
est optimus, quem iudicas optimum pro loco, pro
tempore, pro persona: quare siue à definitione, siue
à genere, siue à caussa incipias, nihil interest, modo sit
ratio, cur sic incipias, aut non sic incipias. Tantum est
de confirmatione: confutationis contraria est, præ-
ceptio. Cetera desunt.

ROBERTI TURNERI

PRECES AD S. AMBROSIUM


Patronum.

Dulcissime Ambroſi

Qvi tepidos & adamantinos lachrymarum tua-
rum quodam lacte quasi caprino, mollisti ad
lachrymas, tuis mihi precibus lachrymas elice,
quibus sordes, si quæ inhærent, eluam: da, vt hæc mihi
mentis precisque tepiditas caleat à te, imo ardeat per
te. Non lachrymor pro peccatis, ô stupor! non doleo: ô
frigus mentis: sed sint lachrymarum imbres, sint dolo-
rum fluctus: quid hi, quid illi? nihilum præ peccatis
meis, nisi tu hos, tu illos Deo commendes, si commen-
des, & tuarum precum fotu concalefacias, hoc meum
siue in precibus, siue in actionibus frigus, non dubito
quin cœlos attingat, imo cœlos inflammet, colloca-
tumque in Diuæ matris, Sanctorumque conspectu

k 3

impe



150 ROBERTI TURNERI
imperet, ut illi tuo in me amore prouocati, suas pa-
ces cum tuis coniungant, aperiantque mihi petens
Patris emorem, & Spiritus sancti gratiam, & Christi
Seruatoris merita omnia: hæc via erit, ut meum
spiritus cœlo calidum, non quod exeat à me; sed quod
deat in te.

Nitidissime Ambroſi

Per & gentilis, qui vitam vixisti viri & Christi
ni, effice tuis apud Deum precibus, ut ego vi-
Catholicus, vitam viro Catholicoque digna-
exigam: da, da ut qui per merita Christi meruit
gentili fieri Christianus, ego ex Christiano non de-
bar in gentilem, aut vita plus habeat gentilitatis, quam
Christi.

Doctissime Ambroſi

Qui Ecclesiam scriptis illustrasti, impetravit
Ecclesiam factis non obscurem. Qui Aug-
ustum & verbis mulsiſti, & fregisti spiritu,
inquam, ut me alterum iam moribus Augustinum
Christianum Augustinum, refingas tuis precibus
tandem, ut quos ſcis, & Ecclesiæ utiles, & mihi nece-
rios: eos faciam in studijs processus.

Constantissime Ambroſi

Qui nec timore principum, nec hæreticorum
roro potuisti impediri, quo minus & illoſtu-
tando, & hos docendo in rectam viam tradi-
res; effice apud Deum, ut ego tuus clientulus, nul-
pro Ecclesia aut minas, aut insidias, aut molestias fa-
terfugiam, effice, inquam, effice, ut quam tuis preci-
bus consequor doctrinam, eam ego in Catholica relo-
manda, & euertenda hæretica fraude, totam figam
collocem.